

A aduersus eos, qui reuertentes ad fidem, a qua tormento metu defecerant, recipere recu-
sarent. Postea vero Neocæsareæ, quos tamē conuētus omnes synodus ipsa Nicæna
cōprobauit, nōnullos eiusdē Neocæsariē. conuētus de septē diaconibus actis exceptis
quæ cū probada nō essent, refellit. Conuentū etiā Sardensem, Occidentale postea nūca
patū, Constantini tēporibus celebratū, synodus secunda suscepit, ad quē cū septuagin-
ta patres Orientalis ecclesiæ cōuenissent, in ipsum intrare noluerant, q̄ patres Occidē-
tales Paulum & Athanasū excludere noluerunt, qui quidem patres Nicænae tum syno-
di gesta ab omnibus Christianis suscipi, ac excoli debere decreuerunt. Quod quidē de-
cretum secunda deinde synodus sine vlla controuersia confirmauit. Sed rem alius res
petamus. Imperante Constantino, magni Constantini filio, Constantius frater eius cū
Arrianis hæreticis cōspirabat, maximo sane desiderio affectus, ipsius Nicænae synodi
acta rescindere, ipsamq̄ piā doctrinā funditus euertere, quæ summus pontifex ægre
ferens, Imperatori scripsit, is autē Constantio fratri suo minatus est, ne ei bellum acer-
rimū illatūz, nisi a tali proposito recessisset. Propterea Sardense ipsum particulare cōcili-
um fuit celebratū, quod in tertio secūde synodi canone, Occidentale (vt supra dictū est)
nuncupat. In quo sanctū fuit, trecentoz decē & octo patrū fidē in prima synodo tradi-
tam, verā, & sanctā fuisse, atq̄ ab omnibus Christianis cōplectendā & excolendam.
Quā deinde sanctionē ipsa secunda synodus approbavit, vt in hoc Græco de ecclesi-
astica historia volumine legitur. Quisnam est author huius voluminis? Hermus.

B Est ne rationi congruum, vt in synodo historiae innitatur? Ad cognoscendā res
gestas serenissime Imperator, historia vt debemus. Nam & euangelium, ac vetus sacra
scriptura, instar historiae posteritati tradita fuerat. Historiam illam in nostra religio-
ne debemus suscipere, quam maiores nostri probauerunt, aliam vero minime.

De Romanorum, aut Græcorum, aut regum bello historia mitissime Imperator in
synodo nequaquā vt debemus. Sed cū historia hæc ecclesiastica mera sit, in qua cuncta
omnium synodoz acta, & patrum sanctorū definitiones & canones explicantur, cur ei
credendum non est, cum præsertim in vestro Græco, nedum in nostro volumine, res
eædem narrentur? Sed (vt lubet) humanissime Imperator, omittis his, vnde digressi su-
mus, reuertamur. Vt nostræ fidei veritas, patres amplissimi, dicebamus, magis illucesce-
ret, magna præsertim vigente necessitate, Romanā ecclesiā hac vera particula ex filioz
superaddita, symbolum declarasse ac dilucidasse. Sed si quis quæret, cur ad id cæteras
ecclesias conuocare noluerit, ingenuè respondebimus, incertū nobis esse, an non fuerint
conuocatae. Deinde Romanā ecclesiam ad cōuocandas ipsas, nequaquā obstricā fuisse.
Nobis nanq̄ notissimum est, veteres illas synodos diuerso patrum numero fuisse cele-
bratas. Primam videlicet trecetorum decē & octo, alteram cētum & quinquaginta, ter-

C tiam ducetorum, quartam vero sexcetorum triginta, & quæ quandoq̄ pauciores pa-
tres decreuerant, ea sine controuersia a cunctis suscepta fuisse, vt septimæ synodo con-
tingisse constat. Cui posteaquam Constantinus Imperator se literis excusauerat, cur plu-
res præsules nō conuenerint, nec ipse adesse potuerit, q̄ magnis negotiis fuerat impedi-
tus, eam magna veneratione suscepit, ac eius acta probauit. Siquidē igitur tot Occidē-
tales antistites p̄sente summo pōtifice, cui ad celebrandū concilium summa facultas fuit,
& est, vt vestri quoq̄ doctores testantur, concilio celebrato symbolum declarauerant,
nihil referre videtur, si nonnulli præsules abtuerunt. Accedit nam Stephanus do-
ctor vester, ac testetur iniussu summi pontificis synodum celebrari non posse. Qui cū
vidisset quosdam Constantinopoli congregatos, magno affectos concilij conuocandī
desiderio, eos vehementissime increpauerat, dicens: Quonam pacto iniussu summi pon-
tificis, ac eius absente vicario, concilium conuocare celebrareq̄ potestis? Veniat & bea-
tus Cyrillus, qui Cælestini vicarius (vt prædictū est) Ephesinæ synodo præfuit, ad quā
cum Iohannes Antiochenus præsul serius venisset, Cyrillum increpauit, q̄ se suisq̄
cōiis absentibus, eā iam cœperit celebrare, propterea q̄ volebat eius acta rescindere. Cui
Cyrillus respondit, satis ei fore cōsultum, si in synodum introduceretur, ipsi autem nō li-
cere acta synodi reprobare, ita vt quæ ante ipsius Iohānis aduētum acta fuerāt, firma va-
lidaq̄ p̄manissent. Ergo nec vobis cōuenit, patres amplissimi Romanam ecclesiam in-
cusare, q̄ in cōsultis vobis symbolum declarauerat. Præterea cur a Romana ecclesia cō-
nocari deberetis, si nō in sc̄nq̄ quemadmodū iam diu symbolū celebraret ac prædicaret,

nō solū

Imp.
And.
Imp
And.
Imp.
And.